



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XII. Seditiõnum improuisa & ex paruis rebus origo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

uerfariarum vel non curat, vel fane ignorat. Doctiores in partibus sunt partim alienis, partim fuis, fere enim altercandi vehementiâ veritatem amittunt, & in hærefin aliquam impingunt. Multi igitur sunt, & varij commaritis Lutherani, multi Calviniani, & forte non pauciores Anabaptiftæ, Sociniani; fed plurimi qui religiones in vnam omnes conflare conftituerunt.

Hærefis
fummâ
eft
omnium
chaos.

§. 8. Fecerunt hoc olim Nouatiani, vt auctor eft Aug. hæref. 38. & Epiphanius hæref. 59. qui eadem fe & Catholicos fide imbutos ferebant, fed in doctrina tamen difcrepare, culpabât & Catholicos Ariani tẽpore Valentis; Vos contenditis propter exiguum dogmatum fubtilitatem. Fuêre & Rherotiani, qui docebât omnes hærefes recta via incedere, & docere veritatem; ita refert Philaftrius in Catalog. & Auguftinus hæref. 72. miraturque poffe cuiquam in mentem venire, vt ita iudicet.

Zenonis
diuifit
Eccle-
fias.

Inualefcit femper ea opinio cum in multiplices labyrinthos errorum incidunt prouincię. Eo enim homines profani inducuntur, vt modo pacẽ Reip. teneant, non vereantur in vnum errorem confpirare. Docuit illam pacem Zenonis *ἐνοτικὸν πρὸς ἁγίαν, & pacificatorium, seu vniuerfum editum*, quo voluit Eutyrianos, Diofcorianos, & Catholicos de fua fententia aliquid remittere, vt in vnam confpirarent religionem, quæ res tamen maiores diffenfiones peperit, quemadmodum nulla re magis fe Lutherani infirmant, quam cum in vnum Concordiæ librum infanabiles alioqui errores compegerunt. Non difsimili ratione Ioannes

Concordiæ
liber omnium
errorum
tartarus.

Sturmius, an. 1578. mediam viam inftituit, nouam enim religionem ex Protestantium & Catholicorum fententijs, iudicio virorum feptuaginta conflari volebat: qui omnium Theologorum in fe iras concitauit. Refert doctiffimus noster Gaulterius tab. Chrõ. pag. 380. col. 2. Ioannem Serranum miniftrum Araucanum potenti cuidam Catholico Domino dixiffe: *Suam religionem à Romana non nifi ceremonijs difcrepare, fuamq; paucas nimis ceremonias habere, Romanâ nimis multas: neg. difficile eſſe vnam alteri conciliare: nempe illarum numero adaucto, harum immutato, qua de re inchoatum librum morte præuentus, non abfoluit.* Idem tentauit quidam *Chriftianus Conftans* ficti nominis conciliator, qui Romanam, & Calvinianam religionem, nõ duas eſſe religiones, fed vnâ aſſerit, fi verè & Germane iudicandũ fit, vt in an. 1600. p. 824. col. 1. multis exponit idem Gaulterius, qui fi Parei Irenicon, & Lutheranorum Põlemica vidiffet, quæ omnia poſt eius tabulas Chronographicas edita ſunt, multo magis quam Auguſtini de Rherotianis admiraretur.

Confulite
acta Belgæ-
rum.

§. 9. Cum igitur tot ſint hærefes, eaq; indies augeantur, augmento ſuo Reſpublicas in partes trahant, membra Europæ diuellant, alia alijs, vniuerſa Turcis obijciant: Agnoſcite ò reges & principes ſtatum religionis veſtræ, animabus veſtris, ſubditorũque ſaluti Reipublicæ & Politicæ proſpice, ad vnam religionem redeundum eſt, velenim luas quiſque opinioniones obſtinate propugnabit, atque ita tot erũt diſſidia, quot homines; vel cuique opinandi & docendi poteſtatem facietis, & ſic vno verbo Remplicam euertetis, venient enim qui negabunt Magiſtratui quicquam eſſe iuris, qui omnia communia dicẽt, & efficaciam errorum lenocinante voluptate in mores inducent.

Nulla ſpes
pacis niſi in
vna religio-
ne.

Hæc mutatio religionis, multis ſeditionibus, bellisq; in Europam inducã eſt, ſtetit omnino ſanguine multo, quo potuit Africa, Aſia, India parari, ex ea que nunc quoque dum hæc ſcribo, multis locis ciuilia bella graſſantur, pluribus apparantur, omnibus timentur. Eheu poſteri negabitis? Inter tot fides an filius hominis veniens, inueniet fidem?

CAPVT XII.

Seditionum improviſa, & ex paruis rebus origo.

§. 1. **M**onet veriffime Ariſtoteles l. 5. c. 4. Politic. *ἡ γὰρ πόλις μὲν οὐκ ἐκ πολλῶν ἀλλ' ἐκ μικρῶν. Οὐρῶνται ſeditiones non de paruis rebus, ſed ex paruis, diſſident enim homines & ſeditiones excitãt de rebus magnis.* Ih his tamen obſeruabis, tum cum parua res magnum incendium conflauit, id fere ortum ex corruptis moribus populi, vel in re parua oftendi magnum contemptum, nequitiamque.

Ex parua
ſcintilla
magnum
incendium.

§. 2. Pulſus eſt Roma Tarquinius ob filij adulerium. Non parua res eſt vxorum pudicitia, ſed magna, pro qua tanquam pro re ſacra maritum pugnare fas eſt, ſed inter gentiliũ & barbarorum regum libidines haud tanti æſtimata, vt Brutus & Collatinus, ſi hoc ſolum fuiſſet peccatum, commouere Romam Collatiamque non poſſent. Erant vero exacerbati ſcelere, ſuperbia, tyrannide regis. Nam de eo Liuius l. 1. Conficius deinde male quarendi regni ab ſe ipſo aduerſus ſe exemplum capi poſſe, armatis corpus circumſepſit: neque enim ad ius regni quidquam præter vim habebat: vt qui neque populi uſu, neque auctoribus patribus regnaret. Eo accedebat vt in charitate ciuium nihil ſpei reponenti, metu regnum tutandum eſſet. quem vt pluribus incuteret, cognitiones capitalium rerum ſine conſilijs per ſe ſolus exercebat. perque eam cauſam occidere, in exilium agere, bonos multare poterat. non ſuſpectos modo & inuiſos, ſed vnde nihil aliud quam prædam ſperare poſſet. Cum vero Capitolium, cloacam maximam aliaque exſtrueret oppreſſæ plebis manibus magno in odio erat, quod occasione duntaxat egebat.

Tenuis eſt
valetudo
Reip. qua
leui occaſione
moritur.

Ariſtoteles non diſſimilia narrat. Syracuſis tumultum exortum ob duorum flagitia, quorum alter adulterij, alter tritoris criminis reus erat: Sed cum ſinguli ciuium partem ſibi adiungerent, ſeditionem, qua forma Reipub. mutata eſt, concitarunt. Verum corruptos tam magiſtratuum, quam populi mores, indicat ſeditio; his pro adulterio, illis pro *παίδεσσι* pugnantibus; in vitioſo enim populo cum peſſimus quiſque in tumultum ſit pronus, facillime ſeditio naſcitur.

Seditio quo
modo ſignũ
corrupta
Reip.

§. 3. Hiſtariæ orta eſt ſeditio ob duorũ fratrum in diuidenda hæreditate contentionem, vt teſtatur Ariſtoteles. Cum enim locupletior frater alteri iniuriam faceret, paternæque opes detineret, alter frater pauper, pauperes ciues in auxilium vocauit, alter locupletes, factaque eſt pugna pauperum contra diuites, quæ nulla fuiſſet, ſi vel vmbra iuſtitie in tribunalibus apparuiſſet.

De ſeditionis Delphicæ hiſtoria conſtat, vtrinq; fuiſſe ſpeciem recti. Mytilenorum enim ſeditio originem ex iuſtitie neglectu habuit. Timophanes duas filias opulentas reliquit ſuperſtites, eas filijs ſuis poſcit Doxander, fert repulſam, & Athenienſes concitat ad impiũ bellum.

Roma Ple-
beius conſul
vnde?

§. 4. Parua etiam res erat quæ cõſulatu plebi communicauit, quod ſoror plebeio nupta, ab ſorore quæ in patriciam domum venerat, irrita eſt: quia ad inſolitum liſtoris ianuam percutientis ſonum expauit, quæ ſanè irrita ad ſeditionem nullas vires habuiſſet, ſi in pacata Reip. tempora incidiffet. At iam præceſſerant Tribunitiæ contentiones de cõſulatu plebi communicando, quærebaturq; auctor, qui intermiſſa certamina inſtauraret.

§. 5. Suetonius in Auguſto refert magni periculi ludicram

Fortis
ſeditio
cauſa.

ludicram causam. Nam cum spectaculo ludorū gregarium militem in XIV. ordinibus sedentem excitari per apparitorem iussisset, rumore ab obrectatoribus dilato, quasi eundem mox discriatum necasset, minimum absuit quin periret concursu & indignatione turba militaris, saluti fuit, quod qui desiderabatur repere comparuit incolomis, ac sine iniuria. Philippus Macedo quam parua in speciem causa interijt, quod contumeliam adolescenti factam nō vindicaret. sed magno ex vitio erat, & errore gubernationis, quod rex bellis intentus, iusti & honesti negligens erat.

Impe-
rator ele-
git.

§.6. De Regilliano narrat Trebellius Pollio per iocū esse factum imperatorem. Nam cum milites, inquit, cum eo quidā cenarent, assistit Valerianus Tribunus qui dice-
ret, Regilliani nomen vnde credimus didici? Alius continuo, cre-
dimus qd. a regno. Tū is qui aderat scholasticus cepit quasi grā-
maticaliter declinare & dicere, Rex, regis, regi, Regillianus. Mi-
lites, vt est hominū genus pronum ad ea quae cogitāt, dixerunt,
ergo pot. rex esse: item alius, ergo pot. nos regere: item alius, Deus
tibi regis nomen imposuit. Quid multa? his dictis, quā alia die
mane processisset, a principibus imperator est salutat. Ita qd.
alius vel audacia vel iudicium detulit, huic iocularis astutia.
Ridicula plane principis designatio, at si statū Reip.
spectes, intelliges plane nihil esse mirū, de summa re-
rum tam leuiter actitātū; ludicra n. militibus res vi-
debatur imperatorem facere & occidere: hoc tempus
erat quo Gallieno imperante triginta tyranni orbem
Romanum lacerarunt. Nec dissimili olim leuitate
Claudius protractus, in solium, pauē dum mortem
expectat, collocatus est. & ante duo manipulares su-
scipere transferendū imperium Romanū, & transi-
tulit vt auctor est Tacitus. Proculus ad aleam factus
est imperator, cum n. decies exisset imperator, incla-
mauit vnus. Aue Auguste, & reliqua turba simili vae-
cordia imperatorem salutauit.

Ex sena-
tor.

§.7. De Magnētio Zolimus testet. Magnētiū quasi
rei necessaria causa de mensa surgens, quā per exiguū ad tēpus
a conuiuii secessisset, eis seruis amictum stola regia quasi in
scena spectandum exhibuit. Ibi cum eum conuiuii regem appel-
lassent, similitur oēs incola vrbis Augustodum (quae hac in vrbe
gesta sunt) in eandem sententiam venerunt. Et quoniam rei sa-
matendebat vltimus, extra vrbem rustica quoq. plebs conflue-
bat. At agra tū erat Resp. & militi ex seditione luerū,
alio qui personatū regem irrisisset omnis vicinia. Nūc
magnas ille clades dedit, magna potentia grassatus.

§.8. Innumera talia sunt. Ludicro certamine ad ca-
stellum Tarquium sub Othone IV. cum Venetū ve-
xillum laceratum est, ingens seditio concitatur. Flo-
rentia cum adolescentes Donatus & Cerchius alto-
rum equos turbant ad choreas, magnā ciuitas ex tu-
multu calamitatē accepit. Causae vero iam praecedē-
rant. Nam Venetorum & Itolorum animi exulcerati
erant, & Florentinorum factiones quamlibet causam
sufficientem putabant, inimicos opprimendi. Hae
igitur indicia sunt Reip. pessime constitutae, cum ad
minimum impulsū concidunt, lubrico stetit lo-
co argumentū est. Prona n. ad lapsum sunt, quae sub-
ducto impedimento, aut addito in alteram partem
quouis momento, ruunt.

CAPVT XIII.

Fortuita interdum seditionis causam præbere.

Fortuita
seditionis
causa.

§.1. Fortuita appello, quae principum aut populi
vitio nō comitantur, nec natura sua habent
vllam rationem cur seditionem concitent. Deo sua
cōstat ratio, cur illa inferat, aut esse sinat. Nihil ater-
nae prouidentiae, quae capillos capitis nostri ante mū-
di constitutionem numerauit, fortuitum est. Nos ca-
sa factum iudicamus, quia praeter opinionē. Seditio-

num aut causae fortuitae sunt calamitates, vt fames,
incendia, eluiones, aliq. quae animos tristes efficiūt,
multumq. odio imbuūt. Cum n. in Rep. malorum sit
maximus numerus, calamitatibus asperantur, & fe-
rociunt, vt agrestes belluæ, non ciuantur. sic irritati
in magistratum aliosq. facile impetū faciunt, quam-
uis non læterunt. Prudentes sane principes id cogi-
buntur, quod faciebat Fabius:

*Hos mulcens questus Fabius deforme docebat
Cladibus irasci, vulgumque arcebat ab ira;
Auerfis etenim frangi non esse virorum.*

Hebrei in deserto, si Pharaō sequat, si aqua desit, si car-
nem exoptent, non precibus agunt, sed cōtra Deum
Mosēq. murmurant, & cladibus irascuntur; boni
aduersis, vt ignibus aurum, probantur, mali vt palcae
exuruntur. Huius rei causa est, quod infelices cum
impatiente mala ferant, irascuntur, comparatione
suae fortunae felicibus inuideant, tristenturq. hinc fa-
cile cunctis, a quibus non adiuvantur, & praesertim
magistratibus indignantur.

Clades irā,
hac seditio-
nes gignit.

§.2. Inter cetera incommoda, vnde seditiones o-
riuntur, praecipuū est fames, cuius rei causa est, quod
ea corporibus exinanitis humores cōmouet, male-
uolos reddit, & biliosos. Narrat Lelius in histor. Bra-
silicae nauigationis, cum Caluiniana Ecclesia re male
apud barbaros gesta, in reditu fame affligeretur, fero-
ces, morosos, iracundos factos. Verba eius sunt pag.
325. Antequam sermoni huic finem imponam, id obiter obser-
uare libet, quod in aliis quidem, maxime in me ipso animad-
ueri, qui binas fames expertus sum, easq. eiusmodi, vt nullum
vnquam horridiores euasisse credam. Corporibus inedia debi-
latis, & deficiente natura sensibus alienatis, spiritibusque
dispatis, non modo ferores, sed & morosi & iracundi fiunt ho-
mines. Illa porro iracundia merito rabiei genus dici potest.
Quo fit vt apposite vernaculo nostro sermone is fame dica-
tur furere, qui fame premitur. Præterea quoniam expe-
rientia res omnes expressus edocet, video non sine cau-
sa Deum, populo suo minantem famem, nisi suis pareat pra-
ceptis diserte exprimere futurum, vt viri illius qui fue-
rat mollis, & delicatus, valde malignus sit oculus in fratrem
suum, & in uxorem suam carissimam, atq. in filios suos, adeo
vt non det vlli ex eis de carne filiorum suorum quam comederet.
Nam praeter ea quae hist. Sancer. commemorauimus exempla
de parentibus, qui ex liberis suis vnum comederūt, deg. militi-
bus quibusdam, qui postquam cadauera eorū, qui bello vsi fue-
rant, degustassent, se decreuisse si in alium illud diutius persistis-
set, viuis manus asserre, affirmare possum non durate illa nau-
tica fame vix ac ne vix quidem pacate alii cum aliis colloqui
potuisse, licet Dei timore cohiberemur, imo quin (quod Domi-
nus condonet nobis) malignis oculis alii in alios fuerimus.
Hinc igitur amaritudo animorū, querele ac tumultus
oriuntur. Ingens Claudio Imperatore fames in
Romano imperio fuit, inde Romae tumultus recen-
set Dio, frugum quoque egestas, & orta ex ea fames, in prodi-
gium accipiebatur. Nec occulti tantum questus, sed iura red-
dentem Claudii circumuafere clamoribus turbidis, pulsūq.
in extremam fori partem vrgebant, donec militum globo in se
sosperrupit. Quindecim dierum alimenta vrbi non amplius
superfuisse constitit. Magnaq. Deum benignitate & modestia
hiemis rebus extremis subuentum. At Hercule olim ex Italia
regionibus longinquas in provincias cōmeatus portabant, nec
nūc infacunditate laboratur, sed Africam portus & Aegyptum
exercemus, nauibusq. & casibus vita populi Romani permissa
est. Hinc immanitas qua sese mutuo vorarunt. Id fa-
ctum in obsidione Ierosolymitana, cum matres
ipsae liberos coxerunt. Iam Cyri exercitus in Scy-
thia in suos hoc modo saeuierat, & vt Herod. lib. 3.
Cambysis exercitus decimum quemque sorte dele-
ctum comedit. Seditiosi milites Carthaginensium
sola fame domiti sunt, cum ante tamen capti-
uorum & seruorum corpora absumpissent. Sabel.
Enn. 4. lib. 9. factum hoc etiam Numantiae, Sa-
guati,

Caluinia-
norum in
fame mali-
tia.